



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISPV TATIO
DE
**INIVSTA IN
HOMICIDAS IN-
DVLGENTIA**


QVAM
ADSPIRANTE NVMINE
PRAESIDE



AVGVSTINO LEYSERO D.
IN ACADEMIA IVLIA IVRE-
CONSVLTO

PVBLICO EXAMINI SVBMITTET
ALBERTVS RIPER
PALAEOGEA-BREMENSIS
D. MARTII ANNI c^occxlv
IN AVDITORIO MAIORI

HELMSTADII,
TYPIS GEORG. WOLFGANGI HAMMI, Acad. Typogr.



SVMMA DISSERTATIONIS CAPITA.

1. *Intempestiva misericordia in iudice damnatur.*
2. *Causa huius misericordia investigantur.*
3. *Misericordia haec & in causis civilibus,*
4. *& criminalibus iustitia nocet.*
5. *Imprimis nimia in homicidas indulgentia notatur.*
6. *Peccant, qui Principi ius aggratiandi in homicidio doloso tribunum,*
7. *qui monstrorum cadem promiscue permittunt;*
8. *qui moderamen inculpata tutela nimis late extendunt,*
9. *qui cadem furis indistincte concedunt,*
10. *qui invasum nunquam ad fugam capessendam obligatum patane,*
11. *qui qualicunque ira veniam dant,*
12. *nec non ebrietatis,*
13. *qui adulterio & furi ius cum cade resistendi tribunum,*
14. *qui ob minas quem occidi posse putant,*
15. *qui alium pro alio occidenti ultimum supplicium remittunt,*
16. *qui mortifere vulnerantem liberant, si is vulneratum per alium interfici curet,*
17. *qui animum directum occidendi in homicida requirunt,*
18. *qui homicide, se animum occidendi habuisse, neganti temere fidem adhibent,*
19. *qui vulnera infligere iubentem excusant, si mandatarius interficiat,*

20. qui vulnus absolute lethale requirunt,
21. qui scrupulose nimis corpus delicti indagant,
22. qui, emissa cadaveris inspectione, ultimum supplicium locum habere negant,
23. qui in bello innocentium cedem permittunt, saltum, ut hosti noceatur,
24. qui abortum procurantes mitius puniunt,
25. legumlatores, qui aliam pœnam, quam mortis, in homicidas constituant,
26. qui, Principem duella permettere posse, assertunt,
27. qui magistratus facultatem dant, maleficos non auditos interdum occidendi,
28. qui prescriptionem in homicidiis admittunt,
29. qui asyla homicidiis constituant,
30. qui ob minorem atatem,
31. vel dignitatem,
32. vel capitum,
33. vel numerum liberorum,
34. vel bene merita & artificium,
35. vel matrimonium homicidiis ultimum supplicium remittunt.
36. Conclusio.

I.

Intra causas, quæ iustitiae impedimento sunt, in primis referendam esse intempestivam iudicū lenitatem ac misericordiam, nemo negare potest. Nam, dum plus iusto placidos se præbent iudices, saepius crima, quæ æquitas tegere non potest, misericordia tegit: saepius, quæ innocentiae tribui nequit, absolutio miserationi datur. Multa intempestivæ huius misericordiæ exempla & apud antiquos autores, ut *Valerium Maximum l. 8. c. 1. §. 1. sqq.* reperiuntur, & nostris temporibus quotidie conspiciuntur. Male tamen eiusmodi iudices facere, ex iis, quæ dicentur, manifestum erit.

Equi-

Equidem non damnamus omnino misericordiae affectum, neque prorsus cum Stoicis consentimus, qui apud Ciceronem pro L. Murana statuunt, sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cuiusquam delicto ignorare, neminem misericordem esse, nisi stultum & levem: viri non esse, neque exorari neque placari, omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium, nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit: sapientem nihil opinari, nullius rei paenitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Relinquimus utique aliquem misericordiae locum. Fatemur, affectum piissimum esse commiserationem, cum quis dolore adficitur propter malum, quod alteri contingit. At ea pietas tunc saltem locum habet, cum praeter meritum alicui malum accidit, non etiam, si quis iure meritoque malum patiatur. Ille quippe, qui poenam legibus statutam perferre cogitur, commiseratione adeo dignus non est, ut potius odio sit prosequendus, cum memini, quam sibi ipsi, hoc imputare possit, nec recusare debat poenam legibus constitutam, qui contra leges facere sustinuit. Proh Callistratus in L. 19. §. 1. D. de officio Presidiis: *In cognoscendo*, inquit, *neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrimari oportet.* Id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summasim ita ius reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. Idem præcipiunt Imperatores in L. 8. §. 2. C. ad L. Jul. de vi publica, addita poena infamiae, si qui iudices mitius puniant eos, qui deliquerunt, quam leges statuunt. Sic enim aiunt: *Iudicem nosse oportet, quod gravi infamia sit notandum, si violentia crimen apud se probatum distulerit seu omiserit, vel impunitate donaverit, aut molliorem, quam prestitum, poenam protulerit.* Sed non solum leges civiles misericordiam in iudice damnant, verum naturalia quoque iura suppeditant rationes, quibus demonstrari potest, prava ac intempestiva lenitate abstinentiam esse. Etenim illi, qui deliquerunt, ideo poenis adficiuntur, quo & ipsi in posterum meliorem vitam vivant; & ii,

in quos peccaverunt, tuti ab illis sint; & aliis quoque ab iisdem damnum non inferatur, atque ut reliqui omnes ipsorum exemplo territi similia delicta non perpetrent. Hic vero scopus non potest obtineri, nisi absit spes aut impetranda veniae aut mitioris poenae. Impunitas enim delinquenti concessa & ipsum & alios, ut idem iterum sub eadem spe tentent, invitat. Denique notum est, soli Principi competere potestatem aut ob commiserationem aut ob alias causas mitigandi poenas. Ergo iudices hanc sibi potestate arrogare non debent, nisi leges eam ipsis tribuant, quemadmodum in *L. 37. D. de minoribus* permittitur, ob miserationem ætatis interdum mediocrem poenam imponere. Quoties vero facultas haec concessa non est, atque tamen commiseratione adducuntur, quo minus iustitiam exerceant, & contra leges peccant, & in ipsam Principis maiestatem iniurii sunt.

II.

Vt vero tot tantæque rationes adsint, quæ iudices ab iniusta in poenis infligendis commiseratione abstergere possint ac debeant, nihilominus illorum, quibus misericordia potior est iustitia, magnum numerum esse videmus. Causam eius rei si requiras, partim illam levitati & facilitati eorum, qui officio iudicandi funguntur, partim artibus ipsorum reorum, partim astutiae advocatorum tribuimus. De levitate animi, quæ in quibusdam iudicibus & ICtis cernitur, nihil in præsentia dicemus, considerabimus saltem artes, quibus & rei & patroni ipsorum misericordiam iudiciis eliciunt. Apud Romanos, qui rei erant, harbam radendam non curabant, & veste candida non utebantur, quem cultum reorum solitum fuisse refert *Gellius l. 3. c. 4.* ut scilicet adspecta suo atque vestium squalore ad misericordiam iudices commoverent. Flebant ubertim, parvulosque liberos suos populo commendabant, humi prostrati pedes iudicum osculabantur, ut saepe os ceno replerent, ostendebant vetustam nobilitatem suam parentumque merita & memoriam, quemadmodum ex *Valerio Maximo*

L. 8.

b. 8. c. 1. n. 2. 6. & 10. discimus. Adhibebant præterea propinquorum suorum & affinium dolorem, squalorem & lacrymas, ut *Ciceronis pro Q. Ligario* n. 32. verbis utamur. Hi sese supplices ad accusatorum pedes prosternebant, & humi aliquam dū iacebant, quale exemplum *Valerius Maximus* d. l. n. 3. habet. Nec propinquis tantum & affinibus ad deprecandum utebantur, sed omnibus suis clientibus & amicis. *Cicero in Orat. post reditum ad Quirites* n. 8. senatum hominumque viginti millia vestem pro se mutasse scribit. Sed maior adhuc advocaterum versutia erat. Ad hanc potissimum, cum in iudiciis agendum esset, respiciebatur. Neque enim is victor recedebat, qui iustiorem causam haberet & melioribus argumentis atque firmioribus iuribus instructus veniret, sed qui lingua plus valeret fucatisque persuasionibus in animis iudicum vel misericordiam erga clientem suum vel odium contra adversarium excitare posset. Vide exempla apud *Ciceronem de Orat. lib. 1. n. 228.* & in *Verrem* 7. init. Etsi autem isti Romanorum mores nostris temporibus non prorsus convenient, attamen neque rei neque advocati quidquam hodie intermittunt, quo iudicum & I^ctorum, qui sententias concipiunt, animos ad lenitatem flecant. Advocati potissimum egestatem & calamitatem reorum, quos defendunt, speciosissime ante oculos ponunt, pauperes eos miserosque in scriptis suis perpetuo vocant, miscent querelas, preces & lacrymas, atque ita saepe efficiunt, ut iudex minus constans & gravis a iustitia legumque tramite recedat. Debebant vero memores esse dicti illius veteris: *Non minus est flagitium, prece iudicem, quam prece corrumpere.*

III.

Dicemus primum de causis civilibus, &, quomodo in illis intempestiva iudicum misericordia saepe cursum iustitiae fistat, ostendemus. Videlicet ex hoc fonte nimius ille erga reos favor descendit. Non ignoramus quidem, secundum l. 125. de *Regulis Iuris* favorabiliores reos potius, quam actores haben-

habendos esse. At vero hæc regula non ubivis obtinet, sed tunc saltem, cum actor in probatione deficit. Tum reus, et si nihil probaverit, absolvendus est *I. 4. de Edendo I. 2. C. de Probar.* At in ceteris par debet esse utriusque causa. Quin imo aliquando iura nostra actoris partes meliores esse iubent. Sic, cum libellus dubius & ambiguus offertur, is secundum mentem actoris explicandus est. *I. 66. de indicis I. 83. §. 1. de verbor. obligat.* reus de fuga suspectus in vinculis & custodia continetur, in re obscura magis favetur repetitioni, quam adventitio lucro, quod reus captare intendit *I. 41. §. 1. de Reg. Iuris.* Peccant igitur iudices, qui reorum favorem per intempestivam misericordiam nimis in odium quoque & præjudicium actorum extendunt. Sunt quoque intempestive misericordes, qui eos, quos temere litigasse certo persuasi sunt, a restituzione expensarum litis liberant. Tacemus alia.

IV.

Potissimum vero iudices in criminibus puniendis lenitatem suam ostendunt. Multæ quidem sunt rationes, quæ eos, ut pœnas debita severitate exerceant, movere debent. Nam & ius naturæ magistratum ad puniendum obligat, & salus reipublicæ, ne delicta impunita maneant, poscit, & legislator supremus in sacro Codice hoc præcipit, & ipse quoque severus criminum ultior vindexque sæpius existit, denique & humani legislatores pœnas in delinquentes sanciunt. Nihilo minus iudices, miseratione adducti, nonnunquam, ubi in delicta animadvertendum est, pœnas iure constitutas vel plane omittunt vel alias mitiores imponunt, cum meminisse deberent se ministros tantum legum esse, adeoque nec leges pro llibitu interpretari, nec restringere, multo minus tollere posse. Neque desunt iura, quæ intempestivam hanc iudicium in puniendo lenitatem graviter coercent. Aliquando iudices huiusmodi misericordes eadem, quam omiserunt, pœna, ut in *I. 3. C. Ne sanctum baptisma & I. 1. 6. C. de Paganiis,* interdum infamia, ut in *I. 8. §. 2. C. ad I. Inl. de Vi publica,* puniu-

puniuntur. Sed parum haec iudices curant. Inprimis, ut
 verbis Clarissimi *Prefidis ex Specimine IX. Medit. V.* utamur, in-
 credibile est, quanta sit tyrannis, quam in causis criminalibus
 praxis exercet. Nullus fere est in Constitutione Carolina arti-
 culus, quem observantia, vel Carpzovii auctoritate vel intem-
 pestiva misericordia subnixa, non corruperit, in alium sen-
 sum detorserit, aut etiam usum eius plane sustulerit. Hoc
 Augiae stabulum ut quis purget & observantiae contra iuris
 scripti sacrilegam auctoritatem in iurisprudentia criminali
 extirpet, iustum est. Sed hucusque tyrannis ista incon-
 cussa stat, & Ictos invitos saepe & renitentes, ut obsequantur,
 compellit. Sic poena famosi libelli in *art. 110.* constituta nun-
 quam infligitur, quia Carpzovius de contraria observantia
 cum aliis testatur. Sic ultimum supplicium *art. 162.* in furtum
 tertium indistincte statutum fere nunquam adiudicatur, quod
 observantia limitationes invexit, ut fur bis iam antea fuerit
 punitus, & furtum quoque ultimum magni momenti sit.
 Porro, quidquid dicat *articulus 130*, pro beneficis non haben-
 tur, nec poenae ibi constitutæ subiiciuntur illi, qui venenum
 propinarunt, si mors illud non sequatur, sed furor aut paraly-
 sis, aut alias morbus gravis & sanguinosus, ex ea ratione, quod
 Carpzovius verba istius articuli an *Leib oder Leben* coniunctim
 contra nativam eorum significationem accipi debere putavit.
 Praecepit Carolus *art. 116.* ut masculus vel femina, qui cum
 brutis concubuerunt, item masculus, qui cum masculo, &
 femina, quæ cum femina consueverunt, comburantur. Sed
 Ictorum miseratio eo rem perduxit, ut tantum, qui cum
 bruto coiverunt, crementur, si vero, qui cum eodem sexu
 se commiscuerunt, gladio plectantur. Deinde non solum,
 qui universitatibus & civitatis, sed illi quoque, qui uni saltē
 hominī minantur, pro dissidatoribus habendi sunt propter
art. 129. welcher jemand wieder Recht und Billigkeit muhtw si g
 befehdet sc. id quod etiam patet ex *Recessu Imperii de anno 1548.*
 S. i. Verum intempestiva Ictorum miseratio efficit, ut diffi-
 citio

datio non nisi contra integrum universitatem committatur, quam sententiam amplectuntur Carpz. quest. crim. 37. n. 21. & Arumanus ad A. B. c. 17. n. 17. Tacemus cetera & quae obseruantia contra claras leges ex superstitione erga Carpzovium certosque Doctores obsequio & intempestiva misericordia, quae rebus publicis longe, quam levior, perniciosa est, & interducit.

Nostram iam institutum est, omnis ceteris capitis, in quibus iudices per lenitatem peccant, saltem homicidia considerate. Non opus esse putamus, ut in praesertim quod & quatuorplex sit homicidium, quam atrociter illud crassiter & quatuorpare respublitate totique generi humano occidit, quam graviter omni iure puniatur, ob oculos ponatur. Vulgaria haec sunt & passim a Doctoribus ad naufragii usquem ostenduntur, cum tamen a nemore fere ignorentur. Illud factum affirimus, peccare iudices atque iustos & contra ius naturae, & divinum positivum, & leges publicas, qui in homicidas sunt indulgentiores. Ista vero indulgentia duplicitate pacissimam sese exserit, dum quaedam homicidia vel plane impunita relinquuntur, vel leviore, quam par erat, pena afficiuntur. Nos casus illos, quibus hoc fieri solet, ordine proponemus & examinabimus.

VI.

Primo loco delibabimus controversiam, & olim iam & nostra zetate acerime agitamat, an Princeps ultimum supplicium homicide doloso remittere aut latenter pro capitale pena mitiore statuere possit. Nemo facile resescit, que super hac questione in utramque partem & summis Viris, Hannckento, Rechenbergio & Thomasio peculiaribus scriptis fuerint disputata. Illi vero hoc argumentum tam dilatide proposuerunt, atque omnia, quae circa illud diti poterant, ita exhauserunt ut nec spicilegium nobis reliquerint. Quapropter non operose hanc controversiam pertraquimus, sed

sed breviter sententiam nostram proponemus, omissoque his, quæ eam illustrare poterant, præcipuas saltem, quibus stabilitur, rationes afferemus. Evidem ab illis longissime recedimus, qui ius naturæ quoque, ut homicidæ occiduntur, præcipere putant. Potius ius naturæ, si id recte inspiciamus, suadere videtur, ut non morte, sed alia poena homicidæ plectantur. Tres fines sunt, quos ut in puniendo Princeps intendat, ius naturæ exigit; primus, ut civibus securitas præstetur, alter, ut reliqui a simili facinore absterrantur, tertius, ut is, qui deliquit, emendetur. Et si vero necessitas non sit, ut in omni poena isti tres fines simul intendantur, sed sufficiat, dum modo unus alterve obtineatur; attamen negari nequit, omnium perfectissimam poenam esse, per quam uno tempore delinquens melior, cives securi & ceteri facinorosi probi redduntur. Sed, si delinquenti mortem inferas, emendatio eius non obtinebitur. Quodsi itaque alia poena apparet, per quam atque commode & securitas civibus præstari & exemplum reliquis facinoris statui & simul delinquens emendari queat, ius naturæ permittit atque etiam fundet, ut Princeps illam potius homicidæ instigat. Sed diuinæ iustitiae fundamentum, quod ex Sacro Codice cognoscimus, talio est. Itaque secundum huius regulas Deus poenam homicidii, ante in arbitrio Principem positam, determinavit, & sibi aliter satisficeri non posse constituit, quam si homicida vicissim occidatur. Hoc ergo *Genesios IX, 6.* hoc *Exodi XXI, 12. & 14.* hoc *Numer. XXXV, 16. 17. 18. 31. 32. 33. 34,* hoc *Roman. XIII, 4.* hoc denique *Apcal. XIII, 10.* præcepit. Scimus eidem, non deesse adversariis, quæ ad ea lecata respondeant. In primis in dicto *Genesios IX, 6.* non imperativum sed futurum positum esse, animadvertisunt. Sed, qui genium Ebreæ lingue norunt, futurum tempus pro Imperativo in præceptis esse, optime sciunt, ut vel ex integro Decalogo apparet. Sunt & alia, quæ obiiciuntur, in quibus refellendis operam agem consumemus, cum & viros celeberrimos iam

accurare hoc ante nos fecisse animadvertisimus, & adversariis quicquid etiam illis respondeatur, tamen, ut in cetero constrovit, sic & in hac, non defuerunt sit, quod reponant & quo opinionem suam aliquantulum evocant. Ignoramus di putatione nihil profutata, lectorem saltem regamus, ut loca ista a nobis allata omnia cum cura consideret. Quo facto fidem eius obrestumur, ut dicit, annos ex illis manifeste perspiciat, Deinde serio voluisse, ut homicidii a magistris interficiantur. Si quis hoc agnoverit, is ilius aggravandus in poena mortis. Principi non potest non denegari. Quia enim gratiam facere delinquenti nihil aliud sit, quam legem, quae peccatum statuit, eo in casu tollere de mutare, preceps autem mutandi legem superioris inferiori non competit. Principi hoc in legem Dei non licet. Scimus, quid Santa Regi, qui mortem alicui a Deo condamnato remiserat, dominatus fit Deus & Reg. XX, 42. Quia, inquit, dimissi virum morte dignum, erit anima tua pro anima eius & populus tuus pro populo eius.

VII.

Deinde considerabimus sententiam eorum, qui monstra impune occidi existimant. Nulli-hac in re faciliores erant Romanis. Primus eorum legislator Romulus, teste *Dionysius Halicarnasseo Antiqu. Rom. l. 2. c. 15.* nullam prolem triennio minorem necari permisit, nisi, si quid *mutilem* aut *monstrosam* esset editum, quod tamen non patri sed quinque viris ex vicinia diiudicandum relinquebatur. Sed, quod Romulus patris arbitrio commiserat, id deinde necessitatis factum & auro XII. tabularum sancitum est. Extitit enim in his lex, quam ex *Ciceronis lib. 3. de legibus* sic restituit Iacobus Cochoziremus: *Pater insignem ad deformitatem puerum cito necato.* Laetissime autem hoc extendebat, sic, ut androgyni seu hermaphroditi quoque comprehenderentur. Apparet hoc ex *Livii lib. 27. cap. 30.* In primis vero ex *lib. 31. c. 12.* ubi quidam ex decim iam annorum ambiguo sexu inventus in mare deportari

portari iubetur. Hæc apud Romanos priscos obtinebat. Eodem iure, si Grotio in *Inleydinge tot de Hollantsche Rechts Geestesleer*, part. 3. creditas, Batavi adhuc hodie utuntur, atque partus monstrosoſ, manschappene geboren, die't lichaem niet hebben bequaem, een redelikke Ziele te varen, interficiunt & suffocant, accidente tamquam, ut *Grauezeggen de legibus abrogatus* ad l. 14. de statu hominum observat, magistratum consensu. Et si vero nec inter Germanos desint, qui monstra impune occidi simpliciter dicant, nos tamen hac in re cautissime procedendum existimamus. Et Romanorum quidem uiorem & partus quescunque mortuiloſ & a consueta hominum forma paulisper aberrantes atque etiam hermaphroditos occidentibus proinus dominamus. Nec Batavorum generalem animis conueratioem omnino probamus... Distinguendum erat inter non strata, quæ ex coitu hominum procreantur, & ea, quæ nascuntur ex bestiæ. In his non dubitamus veram esse coram sententiam, qui monstrorum occisores nulla poena adficiendos esse statuunt, adeo ut non solum impune occidi, sed & necessario occidenda esse credamus. Nam si bestiæ istæ, cum quibus crimen Sodomiæ commisum est, perimuntur, ne facinoris cum ipsis perpetrati memoria renoverent, atque aliis occasionem delinquendi praebent; partus quoque ex coitu isto natus occidendum est, ut citissime rei turpissimæ memoria exoleseat. Quod vero ad monstra ex hominibus nata attinet, cavendum est, ne statim pro monstro reputetur, in quo formando natura aliquantulum aberravit, de quo vide L. 38. de Verb. signif. Monstra ea sunt proprie, quæ & corpus deforme habent, & anima humana non sunt prædita. Id vero e vestigio non statim apparet. Apparebit vero crescentibus annis. Qui ante occidit, quantacunque etiam partus fuerit deformitas, periculo se se exponit homicidii committendi, poenamque aliquam sustinebit. Sic infantem illum, quem Hafniae nuper pilosa facie, uno oculo in media fronte Cyclopum more polito,

stroque vulturnino natum in *Dario Trevoltiensis de M. Iannone*
anno CICIO CCXII. legimus, non tamen occidendum puta-
 mus, priusquam, sitne intellectu praeditus aeren, liquido
 oparet.

VIII.

Videamus deinde de his, qui moderamen inculpati
 tate nimis late extendunt. Id quidem dubium non habet,
 nullum iure peccare vel puniri eum, qui moderamine incul-
 patae tutelæ utitur, siquidem in continentia seu in ipso pericula
 constitutus id faciat, periculumque aliter depellere sequatur.
 Quin imo is ipse contra ius naturæ peccat, qui vitam suam
 non defendit, sed se occidi patitur. Neque cum his sentimus
 possimus, qui tunc aggressori etiam cum propriæ vite discri-
 mine parcendum esse putant, si invalidus de sua salute certius
 invasorem, si cedatur, æterna supplicia subitum prævidet.
 Cum enim incertissimum sit, an aggressor iste, siquidem nos
 ab illo occidi patiamur, ad frugem redditus, meliusque ali-
 quando morituros sit, Deus autem, ut unusquisque vitam
 suam omni modo trahatur, velit, eam certe propter incertam
 de altero spem & tempestivam erga salutem eius misericor-
 diam profundere non licebit. Magis etiam improbus es-
 sum acumen, qui invasum in periculo vitae constitutum pen-
 derare iubent, an res publica maiorem utilitatem a se, an vero
 ab aggressore expectare queat, &, si hanc utiliorera animad-
 vertat, vitam eius sub preferre debere autem. At pre-
 terquam, quod hoc quoque incertissimum sit, his, qui in
 præsens vitæ discrimen adducuntur, integrum non erit,
 otiosæ istiæmodi disceptationi vacare.

IX.

Sed hæc forte huc non pertinet. Quapropter hos
 potius considerabimus, possit ne quis furem vel alium quem-
 libet invasorem non vita & pudicitia, sed rerum tantum modo
 suarum conservandarum causa, interficere. Ius naturæ nec
 non lex divina Exodi XXII, 2; hoc cum limitatione tamen ali-
 qua

qui permittit. At Augustinus, Grotius aliquique id, quod foderis
habet, in Christiano fas esse negant. Quorum argumenta ex-
plodore, nostri non est instituti. In ipso tamen con-
dicta sententiam hanc tuebimur, quod Christiano quoque
quicquid Grotius de Iure Belli ac Pacis l. 2. c. 1. s. 13. dicat, cades
aris, si res suas servare alter nequeat, sit permissa. Nunc
sicut in contra eos disputabilitas, qui licentiam hanc plus iusto
exercitare. Ipsi conditores legum XII. tabularum hac in re
dominio nostrum indulserant, statuerunt res suas alter etiam
servare aut furem comprehendere & ad iudicem ducere
potuerint. Testes habemus Ciceronem qui in Orat. pro Milone
dicoctio, sicut, tabula nocturnam furam quoquo modo interfici im-
agine voluntari; Celsus, qui in Notibus Atticis l. 2. c. 18. Decem-
vir, inquit, furum cum occidi permissem, si, cum faceret fur-
um, nesciret; Vipianum, qui apud Licinius Ruffinum in Col-
lacione legum Iudaicarum & Romanarum titulo de Furibns & pena
verum. Furem, sicut, nocturnum lex diocletii tabularum orna-
modo permisit occidere. Addit Sinecam lib. 10. Controv. ult. in fini
& Augustinum in c. 3. X. de homicidio. Quapropter Paulus
apud Licinius Ruffinum d. 1. non quidem necesse, melius tamen
esse putat, furem talem capere & magistratus offerre: Sic
enim ille: Si quis, inquit, furem nocturnum vel diurnum, cuno
se telo defenderes, occiderit, hac quidem lege non tenetur, sed melius
faverit, qui cum comprehensum transmittendum ad Praefidem magi-
stratus obtulerit. Sed ista Decemvirorum indulgentia &
ICtis antiquis & ipsi Iustiniano nostro, ut par fuit, iniqua visa
est. Pomponius iam, teste Vipiano apud Ruffinum, dubita-
vit, num lex XII. tabularum in usu esset. Qui vero cum
feci sunt ICti, retinuerunt quidem illam, sed arctioribus
limitibus circumscriperunt. Et Iustinianus noster non sim-
pliicerat eam in leges suas recepit, sed tres potissimum distin-
ctiones, Calum & Vipiacum locutas, addidit. Vehic sci-
licet, ut tuas demum furem vel invadrem nocturnam impun-
e interficere liceat, (1) si apprehendere cum ac magistratus
futere

sistere nequeamus L. s. pr. ad L. Aquil. (2) si parcer ei sinc periculo vitae rerumque nostrarum non possimus L. 9. ad L. Corn. de Sicariis (3) si hoc ipsum periculum nostrum clamore testificati simus, nemoque suppetias tulerit L. 4. §. 1. ad L. Aquil. Nihil potest esse his limitationibus sequius, nihil divino iuri convenientius. Atque tamen sunt, qui ab iis recedunt & legem XII. tabularum in usum reducunt. Apud Batavos, si Huberio in *Eunomia Romana* p. 105. fidem habemus, Ordines binis editis nocturni furis cædem indistincte permiserunt. Idem Huberus d. l. Theologum Marpurgensem absolutum immo ne quidem accusatum fuisse, ait, qui hominem noctu ædes suas ingressum & in cella se occultantem interfecerat, tametsi appareret postea, occisorem sine periculo suo ei parcer atque strepitu & voce eum abigere potuisse. Neque videmus, quomodo excusari possint, qui cum *Leffo de Iustitia & iure* L. 2. cap. 9. dub. II. statuunt, occidi posse raptorem in ipsa rapina, etiam si rem meam per iudicem recuperare queam, nec peccare contra iustitiam, qui furem fugientem interficiat.

X.

Veniant iam illi, qui existimant homicidium necessarium esse atque impune relinquendum, si quis invasus fuge re secure quidem potuit, id tamen non fecit, veritus, ne fama atque existimatio ipsius minaueretur, sed aggressorem eendo potius repulit. Defendant sententiam hanc ex *Constit. criminis art. 140.* ubi Imperator ait: *So einer jemand mit einem tödlichen Wehr oder Waffen überdruss, ansicht oder schuldget und der befähigt kan füglich ohn Fahrligkeit seines Leibs, Lebens, Ehr und guten Gewuhts nicht entweichen, der mag sein Leib und Leben ohn alle Stroffe durch eine rechte Gegenwehr retten.* Non equidem Zieritzio & aliis quibusdam Constitutionis Carolini interpretibus assentimus, qui verba ista, Leibes, Lebens, Ehr und guten Gewuhts coniunctim accipienda esse pueant, atque invaso, qui vitam suam fuga servare potest, necessitatem fugiendi imponant, et si omnis existimationis luce iacturam

ram ita sit fakturus. Potius cum *Stravio de Vindicta private c. 4. aph. 7. n. 5.* existimamus, tunc fugam licite omitti, si quis sibi fugiendo summum dedecus inureret, & se quasi inutile eius, in qua constitutus est, societatis membrum redderet. Si enim, dux bellicus aut alius equestris dignitatis vir in aula Principis degens invadatur, illi certe, et si commode per fugam elabi posset, id tamen non consuleremus. Tantum quippe per fugam opprobrium incurret, ut necesse ipsi foret, illud, quod elegit, vita genus deserere atque inter infimæ fortis homines in posterum latere. Ad hoc autem nulla nos lex obligat, ut cum iactura famæ fortunarumque nostrarum vitam hostis nostri conservemus. Sed hæc doctrina, quod aliquos facere animadvertisimus, nimis extendenda non est. Sunt enim, qui neminem plane in primis Germanum, cuiuscunque conditionis hominem, ad fugam capessendam obligari volunt. Audiamus *Besoldum P. 6. Confil. 291. n. 28.* *Fuga cuilibet, qui se defendere potest, censetur esse ignominiosa, & infamia aliqua adfiscere eum, qui hac ratione se defendit.* Quod ideo verum est, ut insultatus ab altero non solum fugere non teneatur, sed & insultantem impune dicatur occidere posse, etiam si fugiendo periculum evadere possit. Et hec ononia eo magis locum habent in homine Germano, qui insulcaus fuit. Nam Germanorum non est fugere, ut ait Barthol. Romuleius in L. ut vim num. 61. ubi hinc expresse inserti, illud argumentum, quod ignominiosum sit fugere, & melius sit non vivere, quam vitam infamem ducere, maxime procedere apud Germanos. Et tandem addit, Zasium dicere, quod sententia Bartoli & aliorum, qui tenent, fugiendum esse, si sine periculo vita quis fugere possit, non habeat locum apud Germanos. Verum enim vero durum & humanitati omni adversum est humanas victimas immolare existimationi sita; tunc, cum eius iactura vel exiguum dampnum inserti, vel facili negotio sarciri potest. Leve detrimentum sentiet inferioris conditionis homo, si vel maxime illi, quod fuga sibi consuleret obliiciatur. Intra breve tempus vanæ istæ populi voces

C

plane

plane evanescent, neque ipse propterea aut ordine suo movebitur, aut e collegio, in quo fuit, eiicietur. Neque ridiculae de singulari Germanorum prae ceteris gentibus fortitudine persuasioni tantum tribuendum est, ut pro illa stabilieada cædem hominum permittamus.

XI.

Dispiciemus porro de his, qui homicidia per iram commissæ pœna leviore afficienda esse existimant. Si natum iræ proprius consideramus, nihil aliud illa est, quam vindictæ studium, ut adeo *Pufendorffium de Iure naturæ & gentium L. 2. c. 4. §. 12.* hos duos affectus citra necessitatem invicem distinxisse existimemus. Nam dum ira commovemur, id querimus, ut iniuriam, quam nobis illatam putamus, ulciscamur, eumque, a quo offensi fuimus, vicissim dolore afficiamus. Et licet procedente tempore primus iræ impetus frangatur & defervescat, non tamen plane extinguitur, quamdiu vindictæ cupido remanet, sed, quemadmodum ceteri affectus, amor, odium, tristitia, etiam post multos annos perdurat. Cum autem omne privatae vindictæ studium in vitio sit, fatente Pufendorffio, ea quoque, quæ per iram fiunt, non possunt non semper mala esse. Interim tamen non plane dissentimus ab his, qui homicidam gravissima & intolerabili fere iniuria laceratum, si cædem in primo impetu, quem refrenare non cuique datum est, committat, ab ultimo supplicio liberant, mitiusque puniunt. At hic quoque non nulli ulterius, quam par erat, progrediuntur, & quamlibet fere iram levi etiam causa concitatam pro excusatione admittunt. Hæc Menochii sententia est, qui lib. 2. Arbitrariudicum quæst. casu 361. n. 11. Per iracundiam, ait, is vulnerare & occidere dicitur, quæ in rixa id facit: Vepusa duo, qui nunquam fuerunt inimici, unus alteri casu obviam fit, unus alterum tangit, vel casu e loco deicit, vel illi viam incognitatem eripit, vel ratione majoris dignitatis locum supra alium vult tenere, vel cum chorea discutunt, præsertim tempore bacchanalium carnis privii, unus cum una vnde choreas

choreas ducere & saltare, & alter cum eadem, exercitior rixa, ad arma decurrunt, unus alterum occidit, hoc dicitur per iracundiam & imperio factum. Sunt & ex recentioribus aliqui, qui verba ignominiosa iustum irae causam esse perhibent. At qui huiusmodi iram pro excusatione homicidii admittunt, malitiis hominum aditum patefaciunt, qui, cum iracundiae tam facile veniam dari scient, de moderanda illa prorsus non laborabunt, sed animi impetum explebunt. Peccant etiam contra ius divinum. Vult Deus, ut omnes, qui aliis mortem attulerunt, gladio examinentur. Gen. IX, 6. Matth. XXVI, 52. Apoc. XIII, 10. Absit igitur a Igitur, ut excoxitare quidquam velint, quo sanctissima legislatoris iustissimi voluntas impediatur. Caino, cum fratrem interfecisset ira stimulatus, Deus propterea veniam non dedit, sed maledixit Gen. IV, 5. 6. 11. Vide quoque Num. XXV, 19, ubi poena mortis statuitur in eos, qui ira, odio aut inimicitia impulsu occiderunt. Nec humana iura huiusmodi iracundiam excusant. Vide L. 16. §. 2. de Poenis. Imprimis vero hoc pertinent Constitutionis Caroline verba in art. 137. der ein Todeschlag aus Heilheit und Zorn gethan/ soll mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden.

XII.

Amplum quoque refugium homicidæ apud eos Doctores inveniunt, qui ebrietatem ab ultimo supplicio liberare dicunt. Parum abest, quin ebrietatem plane e numero causarum poenam homicidii mitigantium eximamus, atque Pittacum, qui, teste *Laertio*, delictis per ebrietatem admissis duplarem poenam imposuit, nec non Carolum V, qui secundum *Pecckium ad c. sine culpa de Reg. iuris in sexto remissionem poenæ ob ebrietatem per rescriptum prohibuit, recte statuisse dicamus. Nam quantacunque sit ebrietas, non tamen omnem rationis usum tollit, sed aliquem relinquit; id, quod vel exinde apparet, quod ebrii non furiosorum more in quavis obvium, sed in eum, a quo offensos se putant, impetu faciunt. Qui vero rationis usum habet & delinquit, sine*

ubio in dolo est. Tametsi vero concedendum esset, ebrietas
autem omnimodo mentis exilium inducere, ipsa tamen ebrietas
se delictum est. Qui autem delinquit, in ea omnia con-
sentit, quæ probabiliter ex isto delicto proventura, scire pote-
rat. At quia communis receptaque sententia est, ebrietatem
ab ultimo supplicio liberare, cedemus illi tantisper, monebi-
musque, graviter peccare eos, qui istam opinionem late nimis
extendunt, & in ebrios iusto sunt indulgentiores. Huc per-
tinent, qui cum *Baldo* eumque secuto *Tiraquello de paenitentiis tem-
perandis causa* 6. n. 11. lenem etiam ebrietatem quadantenus ex-
usare statuunt, & cum illis collegiis iuridicis, de quibus
Brannemannus in Processu Inquisitionis c. 9. n. 63. conqueritur, pro-
funda & ad mitigandam homicidii poenam sufficiente
ebrietate reputant, si quis vino aut zytho onustus pedibus
quidem titubet, sciat tamen aliquo modo, quid agat, & ex
ixa in cædem prolabatur. Nimium, qui sic statuunt, faci-
es sunt. Nos tria requirimus ad hoc, ut homicida ab ultimo
supplicio liberetur, (1) ut ebrietatem non studio captarit, sed
casu quodam in eam inciderit (2) ut enormissima fuerit, quod
arbitrio iudicis dijudicandum relinquimus. (3) ut discussam
rapulam poenitentia sequatur. Addel. 6. §. 7. de Re milit.

XIII.

Illi quoque ICTi in permittendis homicidiiis nimis faci-
es sunt, qui contendunt, eos, qui in delictis gravissimis de-
prehensi legibus permittentibus occidi possunt, licite resiste-
re atque eos recte interficere, quibus ipsorum cædes permissa
st. Ita *Molinade Institia & Iure Tom. IV. Disp. 15. §. 1.* existimat,
um, qui in adulterio cum alterius uxore reperitur, posse e
medio tollere maritum viræ periculum intentantem. *Idem*
§. sequenti asserit, furem, si vita eius in periculo sit, iure vici-
rivare eum, a quo perleulum ipsi imminet. Sed impium est,
alia defendere atque adultero & furi permittere, ut delicta
rumulant. Illis certe, quibus leges potestatem occidendi alios
in delictis atrocibus concedunt, eadem etiam securitatem præ-
cant, neque illorum cædem impunitum relinquunt. XIV.

XIV.

Non debet hie silentio præteriri sententia *Richardi*, qui Tom. 3. confil. 37. n. 14. statuit, homicidam a capitali poena liberandum esse, si minis alterius ad homicidium committendum se adduci passus sit. Videtur consentire Carolus V. Imperator, qui *Constitutionis Criminalis art. CXL.* ait: er ist mit seiner Gegensie
wehr / bis er geschlagen wird / zu warten nicht schuldig. Sed hæc verba, uti ex præcedentibus placitum est, de eo casu intelligenda sunt, quo quis periculum revera sibi imminere videt, quod arma vel instrumenta mortifera adsint & post minas statim impetus fiat. Tunc utique licebit eum, qui minas profudit atque eas exequi conatur, repellere, etiam cæde eiusdem, si aliter incolumitas obtineri nequeat. At folæ minæ non præbent excusationem, quo minus is, qui istis cominotus alterum occidit, pariter occidendus sit. Debet is, in quem minæ iactantur, iudicem adire, atque ab eo petere, ut qui minas protulit, vel cautionem de non offendendo præstet, aut, si eam præstare nequeat, carceri includatur. *Constit. crim. art. 176.* Non negamus tamen, posse aliquando accidere, ut quis ob folas minas recte interficiatur, nempe, si appareat, alterum eas mox executurum esse, neque remedium suppetat illum repellendi. Quæ res ex circumstantiis dependet & prudentis arbitrio a *Soto & Siruvio de Vindicta privata cap. 4. aph. 2. n. 6.* definienda relinquitur. Vide elegans exemplum apud *Schiltorum in Additamentis ad Exerc. 49. n. 8.*

XV.

In numerum ICtorum homicidis plus iusto indulgentium referendi quoque sunt, qui existimant, illi, qui inimicum interfectorus, alium, conciliandæ concordiæ aut alias rei causa forte intervenientem, per errorem aut casum occidit, poenam ordinariam remittendam esse. Tuetur hanc opinionem præter multos alios *Menochius lib. 2. arbit. iud. quest. cent. 4. casus 324.* Quamvis vero sententia hæc lenitate sua

esse commendare videatur, verius nibilominus est, poenam
huiusmodi occisoris non aliam esse debere, quam capitalem.
Nemini quidem actus per errorem gestus nocere potest L. 15.
D. de iurisdict. nec casus fortuitus cuiquam imputandus est.
At hic error & casus ipsam homicidii essentiam non ingredi-
tur, sed in accidentaliter saltem circumstantia contingit. Adeo
animus occidendi: ipsa cædes secuta est: saltem circa perso-
nam error commissus fuit. Hic error non quidem nocere
sed tamen etiam non prodesse, nec a poena legibus divinis
humanisque statuta liberare debet. Aliud vero esset, si quis
invasus ita periculo vitæ constitutus, adgessorem interfice-
re volens, alium interficiat. Hic nullam aut pro ratione cir-
cumstantiarum levissimam poenam a iudice constituendam
perferet, id quod patet ex *Constit. criminis* art. 145. So einer in
einer rechten erwiesenen Wehr / wieder seinen Willen / einen
entschuldigen mit Stichen / Streichen / Würfen oder Schiessen/
so er den Mörder meinet / treffe und entleibet hätte / der ist auch
von peinlicher Strafe entschuldigt.

XVI.

Communis sententia est, eum, qui mortifere vulne-
ravit, homicidii tamen reum non esse, si alius superveniat,
& vulneratum, antequam ex priore vulnero decedat, inter-
imat. Multa quidem sunt, quæ hanc sententiam dubiam
reddere poterant. Cum tamen aliquam aequitatis speciem
habeat, atque etiam in L. 11. §. 3. & L. 15. §. 1. Ad L. Aquil.
fundata sit, eam non impugnabitus, nec Rolandino Roma-
nicio, advocate Bononiensi, cappam sericeam invidemus,
quam, dum reum a morte per istas leges liberavit, meruisse
se gloriatur in sing. 158. quidam fuit vulneratus. Sed impium
istud consilium damnamus, quod ex hac communi sententia
nonnulli desumserunt. Baldus scilicet in L. Ita vulneratus ad
L. Aquil. memorat, advocate quempiam consuluisse reo,
qui aliquem mortifere vulnerarat, ut eum per tertium inter-
ficiendum curaret, atque sic poenam mortis evitaret. At recte
Baldus

Baldus, dignum istius advocati præmium laqueum fuisse, addit.

XVII.

Illi porro Doctores, qui ad irrogandum ultimum supplicium directum in homicida occidendi animum requirunt, saepe homicidis elabendi occasionem præbent. Res tamen non sine omni dubio est. Quodsi enim quis in rixa aut singulari pugna, quam duellum vocant, gladium strigat vel aliud mortiferum instrumentum habeat, eoque adversarium appetat, non hac mente, ut interficiat, sed ut vulneret atque lœdat; Quodsi, quem casum contigisse Praeses Clarissimus perhibuit, aliquis, dum ad certamen prægreditur, aperte præ se ferat, atque amicis dicat, se non mortem sed vulnus saltem inflicturum, er wolle ihm nur ein Denckzeichen in den Arm geben/ sed aberrante iœtu interficiat; Poteritne hic propter istud facinus ad mortem abstrahi? Negant nonnulli, quorum nomina & argumenta recenset *Esbachius ad Carpzovium P. 4. c. 7. def. 8.* Aiunt scilicet, non dolum hoc casu, sed culpam tantum intercedere, quam ultimo supplicio punire iniquum sit. Deinde, mortis poenam per se satis duram esse, adeoque restringi potius, quam extendi debere, dicunt. Vrgent denique verba *L. 1. §. 3. Ad L. Corn. de Sicariis* ibi: *eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvit posse item L. 1. C. ad L. Corn. de Sicariis* ibi: *probaverit, non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pena quæ lex repetitur in can. 47. Diff. 50.* nec non *Constit. Carolina art. 146.* ibi: *wieder des Ehders willst.* Verum enim vero, qui rem recte considerabunt, utique in eo, qui saltem vulnerare aut graviter lœdere vult, animum quoque occidendi, licet indirectum, deprehendent. Quisquis enim letifero instrumento vulnus intentat, hic certe, siquidem recta ratione prædictus est, prævidet, ex vulnera illo mortem sequi posse. Dum itaque hoc scit & tamen vulnerat, in mortem adversarii consentit, atque adeo non in culpa, sed

ed dolo est. Quamvis eum, qui directum interficiendi animum habet, magis in dolo esse, non inficiemur. Interim omnis dolus, et si gradu inferior, ordinariam poenam mereatur. Convenit hæc sententia nostra iuri divino, uti in primis ex Numer. XXXV, 16. 17. 18, appareat, ubi ad irrogandum homicidæ ultimum supplicium sufficere dicitur, ut quis mortero instrumento aliquem percusserit, atque hic ex eo vulnerare lecesserit. Congruit quoque iuri civili, quo crimen homicidii contrahi dicitur, si & voluntas nocendi intercedat L. 4. C. ad L. Corn. de Sicariis. Istæ vero leges, quæ ab adversariis afferuntur, non de nostro, sed de eo casu agunt, cum quis plane nec vulnerandi nec occidendi animum habet, sed vel mero casu vel per incuriam hominem interficit. Denique Clarissimus Praeses retulit, Collegia Iuridica, quibus ipse olim interfuit, & nunc interest, Vitembergense & Helmstädtense, postram sententiam amplecti, atque in eum quoque, qui animum occidendi indirectum habuit, poenam mortis statuere. Ceterum tunc utique ultimum supplicium cessare debere fatemur, cum quis verberans cogitare non potuit, mortem inde securaram, uti si lapide exiguo aut instrumento, quo raro quis interficitur, percutiat l. l. §. 3. Ad L. Corn. de Sicariis, si mors ex accidenti saltem consequatur, uti si non adfuit chirurgus, qui vulnerato mederi potuit, vel ipse ex uno regimine decessit.

XIX.

Similiter alii, homicidis, sc. animum occidendi non habuisse afferentibus, nimia facilitate fidem habent, ac sæpe iuramento purgatorio, per quod animum occidendi optime probari, *Mascardus de Probatib. vol. 4, concl. 97. n. 28.* ait, rem committunt, et si contrarium ex circumstantiis sæpe evidentissime appareat. Rem exemplis illustrare possemus sed nolumus, ne scriptum hoc in nimiam molem ex crescatur.

XX.

XIX.

Ex iis, quæ supra diximus, porro appareat, illi, qui alii mandatum dedit, ut hominem vulneraret aut atrociter verberaret, imputandum quoque esse, si is, qui mandatum accepit, non vulneribus solum & verberibus tertium istum adficiat, sed etiam interimat. Igitur uterque, & qui mandatum dedit, & qui accepit, pari poena, ultimo scilicet supplicio, adficiendus est. Non desunt tamen, qui aliud sentiunt, inter quos Fachsenius est, qui lib. 1. *controversiarum iuris cap. 36.* variis argumentis, maxime tamen ex æquitate, evincere conatur, mandantem huiusmodi morte puniri non posse. At cum in mandante animus occidendi indirectus adsit, hic vero per ea, quæ §. 17. exposuimus, ad irrogandum ultimum supplicium sufficiat, non videmus, quomodo mandans hoc casu id effugere queat. Neque obliici nobis potest, quod tamen is, qui mandatum dedit, non obligetur si accipiens illud excessit. Hoc enim faltem verum est in contractibus, qui de re turpi ac delicto, quale hic adest, iniri nequeunt. At in homicidio non potest mandans ignorare, in potestate eius, qui vulnerare debet, non positum esse, ut vulnera aut verbera ita infligat, ne mors sequatur. Consentit nobiscum Bonifacius IX. Pontifex atque c. nle. de homicid. in sexto: *Is, inquit, qui mandat aliquem verberari, licet expesse imbibere, ne occidatur nullatenus, vel membro aliquo mortilem, irregulariter efficiat, si mandatarius fines mandati excedens mortilem vel occidat, cum mandando in culpa fuerit, & hoc eventre posse debuerit cogitare.* Neque vox culpa, quæ hic reperitur, captari debet. Frequens enim est Pontificibus, culpam pro dolo dicere, ut vel ex c. s. §. Illud de Peccato in sexto, quod eundem Bonifacium auctorem habet, patet. Videtur quoque nobiscum facere Vlpianus in L. 15. *Ad L. Cornel. de Sicar. nbi: Nihil, ait, inter est, occidas quis, an causam mortis prebeat.*

XX.

Multos quoque homicidas merito suppicio eximie
anxia nimis circa lethalitatem vulneris disquisitio. Medici
namquæ vulnera absolute lethalia a plurimum lethalibus &
difficulter sanabilibus distinguunt, atque sœpe, vulneratum
verosimiliter sanari potuisse, pronunciant, dummodo tre-
panatio aliaque eius generis remedia rariora & periculosa
debite adhibita fuissent, aut vulneratus ab omni corporis vel
animi commotione, item a cibo minus salutari vel potu nimis
abstinuisset. Cum autem plurimi ultimum supplicium aliter
locum non habere autument, quam si vulnus absolute &
necessario lethale sit, ita fit, ut, quemadmodum ICti Vitem-
bergenses apud Bergerum in *Electis Iurisprudentie criminalis* p.
280. conqueruntur, subtilitas medicorum multos homicidas
debita poena liberet. Improbe. Omnia fortassis vulnera
sanabilia sunt, quod autem non sanentur, hoc adscriben-
dum est imperitiæ humanæ. Neque enim medici & chirurgi
ad finem medicinæ pervenerunt, uti de se ipso & de invento-
re medicinæ Aesculapio id fatetur *Hippocrates ad Democritum*.
An itaque propterea nullum homicidam ultimo supplicio ad-
ficiens? Rectius certe ICti Vitembergenses apud Bergerum
d. 4. poenam mortis locum habere existimant, si vulnerans
animum occidendi habuit, atque vulnus periculoso in-
flicxit, vulneratusque deceperit, tametsi medici vulnus pro ab-
solute lethali non agnoscant.

XXI.

Aliud homicidis perfugium præstat scrupulositas in
corpore delicti indagando. Est scilicet corpus delicti certi-
tudo de crimine vere commisso, ad quam sola rei confessio
non sufficit. Etsi vero iura nostra communiter certitudinem
saltem moralem, seu summam probabilitatem requirant,
nonnulli tamen ICti etiam mathematicam & indubiam exi-
gunt, atque, cum hæc in rebus humanis fero haberi ne-
queat, homicidas sœpe a morte debita liberant. Rem
exemplo,

Exemplū, quod Clarissimus P̄f̄es suppeditavit, illustrabim̄us. Mulier infanticidii accusabatur. Ipsa facinus confess̄a erat, aderat mortuus infans, vulnus lethale illi infelix. Q̄um apparebat. Quis igitur de corpore delicti dubitasset? Dubitabatur tamen. Fortan̄, siebant nonnulli, infans mortuus est ante nativitatem vel in ipsa nativitate, atque mulier eius rei ignara vulnus mortuo iam infantinluit. Igitur necessarium ante omnia putabant, ut mulier per tormenta interrogaretur, ex quibus indiciis ipsa certo sciret, infantem, quem manu sua peremisse se dicebat, vixisse. Cum vero illa nullum indicium afferre posset, ab ultimo supplicio liberata est.

XXII.

Nulli magis homicidis patrocinantur, quam hi, qui poenam capit̄is in leviorem commutant, si forte inspectio cadaveris vel plane facta non fuerit, vel facta quidem sit, sed non observatis iis omnibus, quae Carolus in *Constitutione sue articulo 149.* prescripsit, ut, si iudex, scabini vel actuarius non fuerint adhibiti, si chirurgi ante dissectionem iusurandum non prestiterint &c. Iudicem in tali casu semper extraordinariam poenam dictare debere, *Carpzovius Quest. criminis.* n. 52. affirmat, cum quo plurimi alii consentiunt. Ex recentioribus *Harprecht. Consil. 19. n. 33.* negat; venefico poenam mortis dictari posse, si inspectio cadaveris rite peracta non sit, quamvis reus confiteatur, se venenum propinasse, atque etiam mors fecuta sit. Ex hac vulgaris, opinione tanquam ex fante aliquo, manifestorum homicidarum defensionem advocati plerumque desumunt, & ostendere laborant, aliquid circa inspectionem cadaveris neglectum fuisse, quo ita reum a merito supplicio liberent. Verum lex divina, quae homicidas ultore ferro persequitur, istam restrictionem, si cadaver rite inspectum fuerit, non addit. Et lex Carolina eam inspectionem non absolute necessariam esse dicit, nec propter omissionem eius capitalem poenam remittit, sed suadere falsorum videtur, ut ad evitandum omnes dubium exhibeatur.

D 2

Vide

Vide Verba articuli 119. dante in Grammatis und Cetimatu
sodis et unterschiedlichen Begründung held nach der Regelmaß
des Cratitien des Romischen Rechts angegeben. Quodsi ergo voluer-
tus accepto vulnero verbiam vel plausis intra dies decider-
tur, magistratus autem, vel per incitatum vel proprie impedi-
mentum aliquid, cadaver aperiendum & inspicendum non
curaverit, non dubitandum tamen, morti illum adjudicari,
qui eadem perpetravit. Vide art. 120. ex quo radice dijictus
res colliguntur, donec qui post vulnera exiguo interiecto spatio
moritur, dubitandum non esse, quia ieo vulnera decesserit.
Sed, inquis, potest sic iudicari condemnari, per se mors
vulnerato ex alia causa, quae iam ante vulnerationem adfuit;
accidisse? Verum, si ob huiusmodi dubia homicita utili-
num supplicium remittere velis, nullus unquam condamna-
bitur. Infallibilis certiudo in rebus humanis haberi ne-
quit. Homines sunt etiam perillissimi chirurgi & medici.
Errarunt illi fortassis, & vulnus lethale esse resundicarunt,
quod lethale non fuit. Vel occultum vitiorum, quo vul-
neratus etiam sine vulnero periret, non perspicerent.
Nihil faciles sumus, si huiusmodi excusationes admittimus.
Quid vero, si aliquando ob omissione inspectionem quis con-
demnetur, qui forsitan, si cadaver rite confidesatum fuisset,
occasione, non causam, morti dedisse inventus esset?
Tamen non sanecas condemnabitur, si animos occidentis
adluit, si vulnera infecta, si mors occasione latenter vulneris
secuta est. Additum Surykiam in Uso moderno sit. ad L. Corn. de
Star. n. 3. Et ido n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

XXXIII *PICTUS* in *litteris* 2. 15^o

Peccare poterit filii, qui recentiam bellicam eo usque extendunt, ut eisdem innocentium permisam existimant, dummodo per illum grave dampnum hosti infeste queant. Id quidem faelios concedentes, licetiam bellicam, quae volgo de ratiōne de guerra appellatur, plus tribueret, castella amicorum definitiorum occupant, fruges solant consumant, & testam

etiam corrumpeundi, non solum in casu formae necessitatis,
ut *Graues de l'orie bellis ad pacem lib. 3. c. 17.* sicut putabat; sed etiam
tunc, cum maxime inde in nos utilius; nichil enim nescio grat
ve doctimentum redundat; dummodo deinde dampnum, quod
vici qui patiuntur, illis resarciantur. At homines innocentes
nostrae utilitatis vel etiam necessitatis causa trucidare, hoc
impium; hec crudelis est. Itaque non possumus non lauda-
re pietatem Comitis Starembergii, e qua maxime anno
cio 1300 c. 111. emituit. Digna res est; que a nobis copiosius
paucis ex relatione causam, qui ipse interfici memoretur.
Starembergium eo anno Leopoldus Imperator exercitui suo
in Italia praesenerat. Gallorum contra copias numero longe
superiores Vendophilus ducebat. Starembergius castra prope
Ostiliam posuerat; Veridomius inter Padum & Atella amnes
tendebat; & Ostilia obſidionem minabatur. Neque dubium
erat, quia, si haec urbs a Gallis occuparetur, Cælareus exer-
citus a conmœtu & reditu in Germaniam intercluderetur.
In his angustiis Italus quidam, Melara oriundus; eamque
regionum maxime gnarus, duces Cælareos adit, ostenditque,
integrum exercitum Gallorum facilis negotio deleri posse, si
aggeret, quibus Padus coercetur, tumpantur. Id tempore, non
dissimulat, hac inundatione plurimos simul accolat Radi, qui
Pontifici Romano subiecti vivebant & cum quibus Cælareis
pax erat, perituros, Ferraramque provinciam insigae da-
mnatum passuram. Res in consilio bellico proponitur. Val-
demantius Princeps, Martinus Baro, ceterique duces bellici
vehementer Starembergio, ut occasione hac oblata extretur,
& delecto exercitu Gallorum bellum in Italia conficeret, sua-
debant, necessitatem suam & penuriam eorumque atque
periculum, quod habi immisceret, ostendebant, de exercito per-
missum iure belli putabantur aliquot homines Galos publice
immolare. At Starembergius, fœs & Leopoldi Augusti pia-
tati istud remedium convegire, negabat, impiumque dice-
bat, tot hominum innocensiam morte viderem redimere.
Itaque

taque omissa res est. Italus tamen ille, ne vanus promissio
videretur, petebat, ut sibi experimentum saltē in aggere
minore facere permitteretur. Quod cum ei concessum esset,
tranta aquæ copia in castra Gallorum irruptit, ut nocte intem-
poresta vasa colligere & castra deserere necesse haberent. Du-
bitari itaque non debet, integrum exercitum peritum fuisse,
si Starenbergii pietas, ut omnes aggeres rumperentur, in-
dulgere potuisset.

XXIV.

Considerandum est porro, anno iusto mitius cum il-
lis agatur, qui efficiunt, ut foemina grida abortum faciat,
cum il quidem ex recepta distinctione, si partum animatum
abigant, capite, si inanimatum ex utero propellant, fustiga-
tione tantum, relegatione vel pena etiam mitiori plectantur.
Non ignoramus equidem, ipsam Caroli V. constitutionem ita
Articolo 133. disponere: So jemand einem Weibsbild durch Be-
wang / Essen oder Erinden / ein lebendig Kind abtrieb / so soll
jelbel fürschlicher und hochhaftiger Weiß beschicht / soll der Mann
mit dem Schwedt als ein Todschläger / und die Frau / so sie es
auch an ihr selbst thäte / erträncket oder sonst zum Tode geijtasse
werden. So aber ein Kind / das noch nicht lebendig wäre / oder
in nem Weibsb. Bild getrieben würde / sollen die Urtheiler des
Straff halber bey den Rechts-verständigen oder sonst / wie zu Ens
e dieser Ordnung gemeldt / Raths pflegen. Verum Physici &
Medici firmissimis iam argumentis ostenderunt, vanam esse
tam distinctionem, partumque simulac conceipitur, vivere
debet igitur omnes, qui abortum procurant, indistincte
capite puniri, cum partus, quem abigunt, & vivat, & rei-
publicæ membrum aliquando saturum sit; neque a lege divi-
a recedere debeamus, quæ eos, qui hominem interemerunt,
occidi iubet.

XXV.

Improbantes etiam illa iura & leges, quæ non ultimo
applicio, sed multæ pecuniaria, carcere vel alia leviora
pena

poena homicidas afficiunt. Nolite, inquit Deus Nam. XXXX.
s. i. redēptionis p̄tium pro ullo homicida, qui sōns sit &
dignus morte, accipere. Sed omnia morti traditor. At-
que tamen gentes & Principes multi id facere non dubita-
runt. Franci Germanique veteres nihil unquam ab homici-
da, pr̄ter multam, exegerunt, cuius quantitas admodum
variabat. *Lege Salica* sexcenti & octingenti solidi solum in
simplicem homicidam tit. 44. §. 1. ducenti in veneficum sta-
tuti erant. *ibid.* tit. 21. Ludovicus Pius Virgilio & exilio
temporario homicidas punivit. *Capitul. lib. 4. tit. 50.* Saxones
in cædem nobilis MCCCCXL. liti CXX. solidos, virginis du-
plum statuerunt, *Lege Saxonum* tit. 2. *Bavarii* tit. 3. cap. 28.
eum, qui masculum occiderat, CLX. solidis, qui feminam,
CCCXX. solidis, & si illa se defendisset, CLX. multarunt.
Alemanni tit. 68. homicidam solutis CLX, aut, si oecisus he-
redes non reliquisset, CC. solidis absolverunt, femina vero
interfecta, duplum exegerunt. Scotti secundum *Statuta Wil-
helmi Regis* cap. 7. homicidam viginti novem vices & usum
juvencum dare iusserunt. Calimirus M. Poloniæ Rex, refe-
rente *Statuto de servitute personali* lib. 3. c. 9. §. 13. homicidis an-
nui carceris poenam imposuit, ac deinde se legem tulisse
gloriatus est, qua rigorem legum divinarum & humanarum
emendarit. Denique nec excusare possumus ius canonicum,
quod homicidas dolosos, quin & parricidas, penitentia &
ieiunio aliquot dierum peracto, a reatu absolvit. Vnde c. 40.
41. 43. dist. 50. nec non c. 1. & 3. X. de his qui filios occid.

XXVI.

Afferunt nonnulli, posse Princepem permittere singula-
ria certamina, quæ duellū vulgo vocantur. Afferunt etiam
argumenti loco titulam C. ut armorum usus in se Principe inter-
dictus sit. Sed legum Romanarum hac in re nulla est auco-
ritas, cum lex divina de non occidendo universalis sit, quam
Princeps non potest tollere. Viadicta privata est prohibita
& magistratus constitutus, non qui certamina civibus per-
mittat,

mittat, sed gladio maleficiorum vindex ultorque sit. Ergo peccant, qui certamina talia Principis voluntate ac consensu licita fieri dicunt. Nec iuvantur exemplo Davidis, qui cum Goliatho singulare certamen iniit. Hoc enim certamen pro salute totius populi & exercitus recte suscipiebatur.

XXVII.

Dicendum quoque est de illis, qui magistratui ius tribuunt, eos, qui contra rempublicam quid machinari deferruntur, non auditos occidendi, si iudicium contra eos sine periculo institui non posse videatur. Multi propter hanc sententiam innocentes perierunt. Notum est de antiquis iudiciis Vestphalicis, assestores eorum facultatem habuisse, reos delatos non citatos nec auditos interficiendi. Sufficiebat, dum unus ex scabinis reum deferret & iuraret, delatum tali crimine pollutum esse. Huiusmodi delati nomen libro sanguinis, ut vocabatur, inscribebatur, ipseque sine citatione & defensione in bannum condemnabatur, ac potestatem habebant singuli scabini, cum, ubiunque deprehenderent, suspendendi, ceterique obligati erant, ut eos iuvarent, si modo unus scabinus alteri sub fide iurisiurandi scabinalis diceret, hunc hominem bannitum esse iure vernico. Vide *Datiuum volum. rerum German. lib. 4. c. 8.* & *Thomafum de vera origine, natura, progressu & interitu iudiciorum Vestphalicorum* §. 48. Ita vero fiebat, ut innocentes multi opprimerentur atque delictum, quod non commiserant, morte luerent. Conqueritur hac de re Ioannes de Francofordia apud *Freibermann de occultis Vestphalic. indic.* Recte igitur ista iudicia inter Germanos hodie cessant. Exercentur vero adhuc inter Venetos; apud quos magistratus constituti sunt, quos *Inquisidores statu* vocant, qui eadem licentia, qua scabini Vestphaliorum iudiciorum olim, non auditos condemnant. Luctuosum exemplum *Battista Nani in Historia delle repubblica Veneta lib. 5. ad annum MD CXXII refert*, de Antonio Foscari, equite & senatore. Proposita scilicet delatoribus præmia

præmia sceleratos aliquot homines excitaverant, ut contra vitam patritiorum innocentissimorum maximeque illustrium coniurarent. Et calumniæ eorum pronis auribus ab Inquisitoribus Status accipiebantur, quod memoria præteritum turbatum atque insidiarum, quibus res publica appetita fuerat, suspicione etiam in argumentum criminis traheret. In primis vero Antonius, quem memoravimus, contra rem publicam cum exteris conspirasse accusabatur. Nec mora. Inquisitores, fide delatoribus habita, nobilissimum virum nec auditum ad mortem damnant apprehensumque furcæ affigunt, sed, detecta post aliquod tempus eius innocentia, cum vitam non possent, existimationem ei restituunt. Istiusmodi itaque exempla iniquitatem sententiae supra allatae luculentiter ostendunt, verumque est in omnibus iudiciis, maxime vero in poenalibus, quod *Seneca in Medea att. 2. sc. 2.* ait: *Qui statuit aliquid, parte inaudita altera, aquum licet flaueris, band aquus fuit.*

XXIX.

Deinde intempestive misericordes sunt ICeti, qui existimant, homicidam, si intra 20. annos nec accusatus sit, nec inquisitio contra eum facta, ab omni poena liberum pronunciandum esse. Probare connituntur opinionem hanc ex l. 12. C. ad l. Corn. de falsis. Verum ea lex ad alias peccatas non pertinet, quam quæ in Principum iura solidia conditum, arbitrio sunt; poena homicidii vero ex lege divina originem trahit. Igitur quoniam Principes legibus naturalibus & divinis æque ac alii homines vivere debent, perspicuum est, non posse eos legem de occidendo homicida contraria lege tollere, neque temporis lapsu accidente impedire. Frustra igitur diversam sententiam defendunt *Tessaurus Decis. 208.* ubi Senatum Pedemontanum sic iudicasse refert, & ceteri, quos ille longa serie enumerat.

XXIX.

Paucis quoque commemorandi sunt, qui asyla constituant, atque homicidis dolosis ad ea perfugientibus poenam mortis remittunt. Neque asylorum patroni quidquam constitutione divina iuvantur. Ea enim & quæ Deus fecit, asyla ad homicidas dolosos non pertinuisse, clare ex Numer. XXV, 32. appareat. At Pontifices longe indulgentiores fuerunt. Certe Innocentius III. in c. 6. X. de immunitate Ecclesiarum: *Fugiens, inquit, ad Ecclesiam, quantumcumque gravia maleficia perpetravit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad paenam, sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra & vitam.* Non ignoramus equidem, istud capitulum non ubivis usu servari. Servatur tamen in Italia nonnullisque aliis provinciis. Neque defuncti iis quoque in terris, quibus asyla generaliter abrogata sunt, privilegia locis quibusdam tributa, ut in iis homicidae aliique malefici impunitatem consequantur. *Choppinus de Domano Francie lib. 2. t. 7. n. 11.* refert, Vilhelnum, Neustriæ ducem, coenobium D. Martino consecrasse, eique privilegium addidisse, ut, si quis latro vel homicida vel alias criminis reus timore mortis fugiens ad hanc Ecclesiam pervenerit, non lœdatur, sed liber dimittatur, Abbatì vero liceat, latronem vel furem de suspendio liberare, si forte superveniat. Quod impium rescriptum pium tamen *Choppinus* appellat.

XXX.

Ea quoque misericordia intempestiva est, qua conditio interfectoris attenditur, atque ætatis ipsius ratio habetur. Nam equidem eorum opinionem non examinabimus, qui generaliter asserunt, propter minorem ætatem poenas esse mitigandas. Saltem utrum homicidio commesso minorres 25. annis a poena ordinaria liberari possint, videbimus. Existimat hoc *Sande L. s. tit. 9. def. 4.* atque in arbitrio iudicis ponit, an minor viginti quinque annis propter homicidium vel

vel aliud capitale crimen commissum ordinaria vel extra ordinaria poena sit afficiendus. Affert pro stabilienda sententia sua *l. 37. de minoribus*, in qua Tryphoninus: *In delictis, ait, minor annis viginti quinque non meretur in integrum restituendum; utique atrocioribus nisi, quatenus interdum miseratio etatis ad mediocrem paenam iudicem produixerit.* Verum, quamvis interdum ob minorem etatem leviorem paenam constituere iudici permittitur, ea tamen facultas in homicidio puniendo cessat. Nam mortis poena in hoc delictum iure divino statuta est. Ergo nec Principes nec ICti eam in leviorem mutare queunt, cum non sit in potestate inferioris, leges a superiore latas tollere aut restringere. Deinde quoque, legem allatam in homicidii poena locum non habere, appetet ex *l. 6. C. ad L. Cornel. de sicariis*, ubi Diocletianus & Maximianus Imperatores ita rescribunt: *Si quis te renm legis Cornella de sicariis fecerit, innocentia purgari crimen, non adulta etate defendi convenit.* Cavendum ergo est ICtis, ne nimia misericordia leges & divinas & humanas evertant.

XXXI.

His iungendi sunt legumlatores & ICti, qui dignitatem occisoris spectant & propter hanc mitiorem paenam infligunt. Ius civile Romanum illos tantum homicidas, quorum gravior miseriorque fortuna est, capite puniri, honestiores vero, sublata capitis pena, deportari iubet. *L. 16. ad L. Corn. de sicariis.* Ius quoque canonicum clericos homicidas non ultimo supplicio afficit, sed degradatos curiae seculari puniendos tradit, Ecclesiam tamen efficaciter intercedere iubet, ut citra mortis periculum sententia circa eos temperetur *c. 27. pr. X. de Verborum significat.* Verum haec res in arbitrio Principum & legumlatorum non est posita, cum Deus ipse omnes homicidas occidi velit. Igitur, cum impium sit legibus divinis non obtemperare, recte apud nos iura haec negliguntur.

XXXII.

Non pauci quoque, quos *Tiraquellus de Panis tempe-*
randis aut remittendis causa 25. memorat, existimant, homi-
cidæ Iudæo vel alii non Christiano, si Christianus efficiatur
& baptismum accipiât, ultimum supplicium remittendum
esse. Imprimis *Thomas Ferrarius cant. 24.* refert, Paduæ
Iudæum, qui, commisso quodam enormi delicto, Christia-
num se fecerat, convocatis illustribus totius academiæ Docto-
ribus, & causa in utramque partem disputata, liberatum
fuisse. Nos vero isti opinioni manifesto iniquæ *Ovidii* tan-
tum verba ex librò 2. *Fastrorum* opponimus:

Ab nimium faciles, qui tristia criminâ cedîs
Flumineâ tolli posse putatis aqua.

XXXIII.

Dissentimus porro ab his, qui homicidis ob multitudi-
nem liberorum ultimum supplicium remittunt. Provocant
quidem ad L.7. §.3. *de Bonis damnatorum*, seu, uti ab antiquis
allegari solet, L. un. §.3. *de Portionibus*, qua liberis damnatorum
conceduntur, nec non ad L.57. §.1. *de Ritu nuptiar.* At his legi-
bus parum iuvantur. Non negamus tamen, inter antiquos
Romanos plurimos gravissimorum delictorum atque etiam
homicidii reos damnationem ob liberorum copiam evasisse.
Memorabile imprimis Sergii Galbæ exemplum est, qui ob
Lusitanos contra interpositam fidem imperfectos iamiam
damnandus per filios suos in medium productos misericordi-
am populi commovit & absolutus est, teste *Cicerone de Claris*
Oratoribus, n. 89. & 90. adeoque, ut *Valerius Maximus lib. 8.*
cap. 1. n. 2. loquitur, ablolutionem, quæ innocentæ tribui
non potuit, respectu puerorum impetravit. Sed, quod
priscis Romanis æquum visum est, inter Christianos certe,
quibus Deus legem de homicidis interficiendis præscripsit,
valere non potest.

XXXIV.

XXXIV.

Peccant porro, qui ob insignia bene merita vel ob artificium singulare homicidas ultimo suppicio eripiunt, parumque illis prodest; quam pro se afferunt, *L. 31. pr. de Paenit.*

XXXV.

Denique nonnulli, homicidas a poena capitis per matrimonium liberari, putant, si videlicet puerilla quædam damnatum sibi maritum expetat. Vide hac de re *Bart. Chaffaneum in Comment. consuetud. Burgundia* §. 2. verb. S' it n' a grace tit. *Des justices & droiz d' icelles*, ubi dicit, se nullam eius consuetudinis rationem afferre posse, nisi, quod per matrimonium maior reo poena imponi videatur, quam per mortem, per multa, quæ de malitia mulierum afferit. Sed hæc nostra non indigent refutatione.

XXXVI.

Finem itaque imponimus scripto huic, &, quod iam ab initio fecimus, iterum iudices! Ctosque monemus, ut in homicidiis puniendis ab intempestiva misericordia abstineant. Sed caveant etiam, ne in crudelitatem prolabantur, festinandoque nimis innocentem condemnent. Potius illud *Juvenali Satyra 6. v. 220.* ob oculos habeant:

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.



ALBERTO RIPERO SVO
S. P. D.
PRAESES.

EX quo TE, CARISSIME RIBERE, in disciplinam & institutio-
nem meam tradidisti, confessim singulari mo-
destia & industria TVA in optimam de TE
spem adductus fui. Nam quo diutius mecum
fuisti, magis indices perspicere cœpi elegantiam
ingenii TVI & mirificos, quos in iure nostro
fecisti, progressus. Non vana me loqui, omnes
TVI Commilitones sciunt, qui quantum
eruditio, eloquio & perspicacia valcas, &
ex privatis, qua quotidie cum Auditoribus
meis instituo, colloquiis, & ex publicis, qui-
bus sapissime nos exerceemus, disputationibus
cognoverunt. Non tamen contentus bis, que
bucusque dedisti, doctrina TVÆ Specimini-
bus, aliud etiam luculentius longe nunc edis.
Setegisti scilicet, me inscio plane, argumentum
elegans & singulare, atque, postquam id mul-
lo

to auxiliante elaboraveras, mihi obtulisti.
Non displicuit mihi id scriptum *TVM*,
voluique ab initio, ut ita, quemadmodum il-
lud mihi exhibueras, in lucem prodiret. Sed
quia *TV* ipso desiderabas, ut cura mea au-
diens \mathfrak{E} paulo ornatius aderetur, mutavi pau-
cula, adioci etiam nonnulla, qua tamen, ut
totum opus abs *TE* pertextum dici posset, non
ipse clucubratus sum, sed *TV* O stylo expri-
menda dedi. Atque sic scriptum hoc, quod
nunc eruditorum oculis subiectum est,
de quo an iuste *TIBI* gratuler, alii qui re-
rum estimatores iudicabunt. Non diffitebor
tamen, me aliquam opinionem *TVAM*,
quam conquisitis magno studio rationibus stabili-
tire conatus eras, non admisse, quod in ea
abs *TE* dissentirem. Afferueras nempe, pec-
care maritum, qui adulterum cum uxore de-
prehensum occidat, improbaveras quoque le-
nitatem legumlatorum \mathfrak{E} *ICorum*, caderis
huiusmodi inultam dimittentium, maxime au-
tem reprehenderas distinctionem prisci Roma-
ni iuris, quod adulterum tunc saltē interfici-

cere

ere permittit, si is vel leno, vel bistro, vel
infamia, vel libertas fuerit. L. 2. q. pr. Ad L.
uliam de adulteriis, in honestiore autem. hoc
victat. Non desunt, qui T. Ecum sentiant, immo
er quae nunc saltem Percium in Codicem
vit. Ad L. Iul. de adulteriis n. 23. Et Zicgle-
um ad Grotium lib. 2. cap. 1. §. 7. nomine
Animaduerto quoque ex historiis, apud exter-
as gentes huiusmodi cedem impunitam reli-
tam non fuisse. Memorabile imprimis est
exemplum Iacobi Bresai, Normandie Sene-
catti, quem ob hujusmodi facinus Ludovicus
XI Galliarum Rex ad mortem damnatum non
orius, quam solutis centum milibus thalerorum,
dimisit. Dignares est, quam ex Roberti Ga-
guini Annalibus, et ex Chronico scandalo-
lo Ludovici XI. copiosius referam. Dic XIII.
Junii anni MCCCCCLXXVI. Bresau cum con-
iuge, Carolina, Caroli Regis ex concubina filia,
ad pradium aliquod suum profectus, postquam
diem venationibus extraxisset, sub vespere
cubiculum separatum pettit. In quo dum somno
indulget, nocte concubia a servulo expergefactus
mone-

monstar, uxorem cum Petro quodam Ver-
gno, nobili venatore, cubare. Quo nuncio
inflammatus Bresans, rapto ense, ad cellam,
in quo coninx iacebat, accurrit, deiecitque
foribus, adulterum, qui inducio tantum in-
dus erat, multis vulneribus confossum necat,
uxorem vero, qua in aliam cellam aufugerae
atque sub lecto liberorum communium se oc-
cultaverat, persequitur, inventam protrahit
atque supplicem gladio traxit & sic exani-
matam relinquit. Similem historiam apud
Lipsum lib. 4. epistolica quest. 12. reperio.
Verba eius adiiciam: Rem atrocem, & tra-
goedia non epistola dignam! Nobilis ille iu-
uenis, quem olim familiariter novimus in
Italiac Neapolim venit. Non diu ibi vixe-
rat, cum amavit ipse, dicam, an ultro ada-
matus est a nobili matrona. Nostri Italiam,
nostri sexum:

- - Τίνα τρομέσαι γυναικες.

Certe accitum ab illa ferunt incautum iuve-
nem. Venit, paruit, commecavit furtum,
res mariti egit, &, quæ non opus est dicere.

F

Non

Non fecellit illa φέργος σὺν καταδάναι σερβίσι,
Domino indicat. Dominus; condita ira,
parat ultionem. Servare intente cundem ho-
minem iubet, dum Mars esset cum Venere
sua. Nec diu factum est, nunciatur marito
adesse. Domum reddit, irrumpit cubiculum
comite illo servo: infelicem adolescentulum
e lecto protrahit nudum ac iam vix vivum.
In oculis coniugis multis ictibus confecit.
Adiicitur deinde succidanea victima uxor ipsa.
Cadavera nuda & lacera noctu in viam pro-
iiciunt: ipsi, priusquam luceret, sc in pedes.
Facile ex fuga, quam maritus hic capessivit,
apparet, cades huiusmodi nec in Italia insultas
dimitti. At alia gentes rectius eas lege per-
miserunt. Lysias Orat. I. pro cæde Era-
costenis & Demosthenes adversus Aristocra-
tem offendunt, lege Attica permisum, occi-
dere non solum, qui apud uxorem, sed & , qui
cum concubina, matre, sorore aut filia depre-
benduntur. Apud Persas, qui uxorem una
cum adultero perimit, novam insuper uestem
præmis loco accipere, Ad. Olcarius itin. Pers.

I. 50

I. 5. cap. 21. memorat. Regio Hispanico iure,
si Covarruviae tomo 1. P. 2. cap. 7. §. 7. n. 26.
fidem habemus, uxor adultera & adulter per
sententiam iudicis ipsi marito traduntur cum
bonis suis, ut faciat, quidquid libuerit, etiam,
ut eos occidat. Igitur ius quoque Romanum
recte eadem adulteri in flagranti delicto depre-
bensi permittit. Et quamvis differentiam
inter uilem & honestum adulterum faciat,
ea tamen deinde sublata est in ipso iure Ro-
mano. Apparet hoc ex Novella 117. c. 15.
abi indistincte maritus, qui ex gravi suspicio-
ne adulterum occidit, nullum periculum ex
hoc formidare iubetur. Accedit ius canoni-
cum, quod in c. 3. X. de Sententia excommu-
nicationis cum excusat, qui in clericum etiam,
cum uxore, matre, sorore vel filia turpiter
inuentum, manus iniecerit violentas. Et Ca-
rolus in Constitutionis art. 150. inter innoxias
caedes, die aus unstrafflichen Ursachen
beschreiben / occisionem adulteri refert. Ne-
que opus est excusatione, quam Pufendorffius
de Iure naturæ & gentium l. 2. c. 5. §. 15. affert.

quod scilicet leges haecdem istiusmodi non
licitam faciant, sed tantum actui vitiis, af-
fectuum humanae ira violentia abeli-
ficantes, impunitatem indulgent. Puto
enim, interfectionem talem etiam aequitatis
& iustitia regulis convenire. Egregie Hen-
niges in Grotium lib. 2. cap. 20. §. 17: Possunt,
inquit, quandoque, utilitate publica sic sua-
dente, etiam privati executores iustitiae dari,
neque has leges iniuriam continere arbitror.
Non videtur legislator, dum marito & patre
adulterium occidere permittit, soli eorum
dolori indulgere, sed & eosdem constituere
ad exequendum homines maleficos, qui
sceleribus poenam & ultimum supplicium
commeruerent. Scilicet cum adulterium atro-
cissimum delictum sit, quod, ut DD. ex L. 23.
§. 16. de Legatis 2. colligant, maritum gra-
viore iniuria afficit, quam si filium eius quis
occidat, pena autem legibus statuta vix satis
malitiam improbisimorum hominum coer-
cane, sape etiam per inficiationem alias ve-
ra fraudes eludantur, acriore remedio opus est,
quod

quod praesente metu maleficos absterret.
Nullum vero commodius esse potest, quam
si marito potestas occidendi permittatur. Dux
eaque banc licentiam dant iura, non priva-
ta vindicta quid indulgent, sed publicam ei
exercendam permittunt, atque securitati
publica prospiciunt. Neque video, quamob-
rem maritus, dum iure hoc fibi concessio uti-
tur, peccet, si metu suam simul iniuriam,
qua cum publica coniuncta est, ulciscatur.
Ais vero, adulteri in flagranti delicto occisi
animam simul interire, quod Christiana cari-
tati repugnet. Sed Dei has iudiciasunt, ab
hominiibus non exercenda. Poterit hic anti-
mam facinorosi istius modo, quem homines
ignorant, servare. Et si etiam percat, in-
certissimum tamen est, an adulter ille, si
vel maxime ei pepercisset maritus, ad fru-
gem deinde fuisse redditurus. Igitur non muto
sententiam, sed puto, adulterum cuiuscun-
que conditionis, si in delicto deprehendatur,
recte a marito occidi. Video, mecum senti-

re ICtos Vitembergenses, qui aliquando ma-
rito occisori, relegationis pœnam imposue-
runt, non ob eadem ab ipso patratam, que
innocua fuisset, sed quod in flagranti delicto
eos non deprehendisset. Adieci ipsum Respon-
sum in fine dissertationis. Hac sunt, CA-
RISSIME RIPERE, qua me, ut ab
ista sententia TVA recederem, permove-
runt. Quod superest, pollicor, me eodem
quem hucusque declaravi, amore in posteram
quoque TE amplexurum, nihilque emissa-
rum eorum, quibusq; studia TVA am-
plificare potero, q; TE ipsum ornare.

Vale etiam atque etiam. Helmstadii
postridi Calend. Mart. anni

CICCI CIXV.

n-

Responsum

I Ctorum Vitembergensium super poena mariti, qui adulterum cum uxore deprehen- sum occidit.

At Johann Conrad R. in guten bekand und gestanden/
dass er am 29. Octobr. abgottischen Jahres dem Haupt-
mann Hanns Ernst von H. weil Er ihn in grossen Verdacht mit
seiner Frau gehabt / auch alleine in den Kämmergen bey ihr
angetroffen / aus übermäßigen Eisser mit dessen eigenen Degen
einen tödlichen Stich zugefügert / immassen derselbe eine halbe
Stunde hernach von solchem Stich Todes verblieben,

Ob nun wohl Inquisit anfänglich ein anders fürges-
wendet / dem Entleibten auch freundlich zugespredchen / und aus
der Hauptwache an sein Ehereib einen Brieff geschrieben /
worinnen er / wie der von H. umb das Leben kommen / verständ-
iget zu werden verlanget / aus welchen Umständen es das
Anschen gewinnen will / dass Inquisiti lechteres Fürgeben falsch und
erdichtet ; Dennoch aber und dieweil derselbe / nachdem Er den
von H. mit keinen Ehereibe in erwehnten Kämmergen zischeln
hören / und als Er es aufgemachet / selbigen mit ihr allein dar-
innen angetroffen / wieder den von H. ungleichen Verdacht zu
schöpfen gnugsame Ursache gehabt / zumahn da ermelter
Hauptmann bereits / ehe Er in Venetianische Dienste sich bes-
geben / vom Inquisito , dass Er sich der Conversation mit
seinem Ehereibe erhalten möchte / erinnert worden / also /
dass Er ihm den Stich aus Eiversucht zugefügert / der Wahrheit
ähnlicher /

ähnlicher / als was Er vormahls zu seiner Defenseion vorgen
geschützet / in mehrer Erwegung / daß seiner Frauen verdächtig
ges Leben weswegen Er auch bey Hofe und sonst sehr ge-
schraubet und öfters ein Hanter geheissen worden / bey ihm
solche Eßversucht gar leicht erwecken können / bevorab / da aus
des Eherweibes eigenen Geständniß / welcher gestalt sie mit dem
Entleibeten / ehe er in Moream gezogen / würtlich Ehebruch ge-
trieben / gnugsam erhellt / daß sein geschöpfster Verdacht nicht
ungegründet gewesen / worzu ferner kommt / daß / woferne
angeregte Personen das Werk der fleischlichen Unzucht vor der
vorgegangenen Entleibung nicht vollbracht / wie sich es doch
aus dem nach dem Tode auf des Entleibeten Leibe gefundenen
Saamen etlicher massen mutmassen lässt / Dennoch aus den
lmbständen sartsam abzunehmen / daß sie dergleichen in Wissen
habt / und / wenn sie nicht verstöret worden / wohl vollbracht
haben würden / hiernechst gar wohl zu vermuthen / daß durch
das freundliche Zureden Inquisit dem Entleibten die Furcht
nehmen / und daß selbiger nicht etwa aus desperation
ieder ihn etwas entzirren möchte / verhüten wollen / und
dlichen der an sein Eherweib geschriebene Brieff nicht uns
möglich damit / daß solcher aus verwirreten Gemüthe und bey
noch anhaltender Bestürzung über den lädlichen Fall geschehens
tschuldigt werden kan.

So ist mehr gebachter Inquisit mit der ordentlichen
Straffe der Todtschläger nicht unbillig zu verschonen / nichts
ist minder aber gestalter Sachen nach / und in Ansehung / daß
Er gleichwohl sie in der bösen That nicht angetroffen /
des Landes ewig billig zu verweisen.

V. R. W.



ne):(o):(z